

# Quæstionum

EXCELLENTISSIMI J. C.

D. ANDREÆ RAUCHBARI

IN HEMSENDORF

## CHRISTIANI I. ELE-

CTORIS SAXON. QVONDAM  
CONSILIARII ET IN ACADEMIA  
Witebergensi Jurium Professoris.

*Aliqua ex parte è Nobiliss. J. C. Dn. MICHAELIS  
TEUBERI, Electorum Saxon. itidem Consiliarii, & in*

*Academia Witebergensi Professoris primarii Adversariis hinc  
inde excerptarum, pleniusque & accuratius  
tractatarum.*

## Pars Posterior.

*Cum Summariis & gemino Indice, uno quæstionum,  
altero Rerum & Verborum.*

*Cum Gratia & Privilegio Illustriss. Elector. Saxon.  
Speciali.*

WITTEBERGÆ,

---

Sumptibus Hæred. CLEMENTIS BERGERI Bibl:

Typis Hæred. CHRISTIANI THAM.

ANNO M. DC. XXX.

---

# STRENUO, EQVESTRIS

ET PER ANTIQVI GENERIS SPLEN-  
DORE, DIGNITATE, SAPIENTIA, AC VIRTUTE

Nobilissimo viro, DN. JOACHIMO à SCHULENBURG,  
Domino in Lochniz, Lubenau, Baronatu Straupicensi, Apenburg,  
Betzendorf, Lnberosa, Westenburg, Penkun, Zaucha & Ze-  
pzin &c. Domino Fautori & amico impri-  
mis colendo,



ERVETUSTA est, Vir Nobilissime,  
eademque omnium sobriè Philosophantium commu-  
nis querela, de momentanea rerum sublunarium vi-  
cissitudine: ita quidem, ut præclarum illud Roma-  
næ eloquentiæ lumen, M. Tullius exclamare haud du-  
bitarit: *O dii boni, quid est in hominis vita diu?*

*Mibi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid  
extremum. Cum enim id advenerit, tum illud, quod præterit, ef-  
fluxit: tantum remanet, quod virtute & recte factis consecutus  
sis. Hora quidem cedunt, & dies & menses & anni: nec præteri-  
tum tempus unquam revertitur, nec quid sequatur, sciri potest.*

Idemq; alibi: *Nemo confidat, semper sibi illud stabile & firmum permansurum,  
quod fragile & caducum sit. Nec inanem verborum strepitum hæc quis pu-  
tet: certè magistra rerum experientia luculenter idipsum comprobatum  
reddit. Quocunq; enim oculorum aciem convertimus, nihil nisi meram  
vanitatem, rerumque momentanea fluxibilitatem deprehendere licet.  
si quidem præsentem vitam quasi viam subigendo transimus, suntq; (ex-  
empta vera religione, quæ nunquam occasui subjacet) cætera hujus vitæ  
(ut ante innuebamus) vana periculosa, corruptioni obnoxia: cum mul-  
tis undiq; natura novitatibus uratur, humani juris conditio in infinitum de-  
currat, & omnis res nostra sub perpetuo motu versetur. Quin hominem  
ipsum ex nativitate sua, præter alia illa, excipit morbus, post quem mors,  
supervenit, post mortem limus & vermes, post vermes fœtor & horror:  
Sic in non hominem vertitur omnis homo: quiq; è terra omnium matre origi-  
nem trahit, terram vivus terit & gerit, mortuus in terram convertitur; is  
tandem in extremo judicio ad externam vitam, si piè in Christo defun-*



## QUESTIO I.

An Syndici extranei constitutio valeat, & si in universitate idoneorum copia haberi potuit, & an civitatis Syndicus ad lites, vel causas à Consulibus & Senatoribus dari possit, absque tribunorum plebis interventu?

### SUMMARIÆ.

- 1 Universitas absque syndico litem nec peragere, nec defendere potest.
- 2 Universitas Syndicum, ad postulationem adversæ partis constituere cogitur, ne defensio vel actio per plures scissa ipsam incommodo afficiat.
- 3 Syndici ex universitate eligi debent, si idonei ad hoc munus in universitate reperiantur.
- 4 An valeat extranei constitutio, etiam idoneis in universitate existentibus? concluditur quod sic.
- 5 Electio vel ordinatio Clerici extranei fieri non debet, facta tamen non rescinditur.
- 6 Multa fieri prohibentur, quæ facta non dissolvuntur.
- 7 Extraneus defendere volens universitatem admittitur.
- 8 Utrum civitatis Syndicus dari possit à Consulibus, & Senatoribus, An vero tribuni quoque plebis in Syndici constitutionem consentire debeant? Deciditur tribunorum consensum hic non necessarium esse, contra Myusingerum cum seq.
- 9 Civitas ex intuitu vel alio contractu Consulium & Senatorum non obligatur, nisi civium nomine tribuni plebis vel Syndicus illorum in eam constitutus, consenserint.
- 10 In iudicio quasi contrahitur.
- 11 Procedi argumentatio dicta à contractibus ad iudicia, & quasi contractus.
- 12 Ab ordine decurionum Syndicus recte constituitur, vel ab his quibus ordo permittitur.